



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

XXIX. König Ludwig verleiht der Altstadt Brandenburg die Mühlen zwischen beiden Städten und das oberste Gericht auf dem See bei der Stadt, am 5. August 1323.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

contributionem exactionem et actionem qualemcunque dandam vel extorquendam, nec quicquam grauanis faciendum non possumus nec volumus, neque nostri heredes vel successores nostri principes aut officiales coercere. Vt autem omnia predicta et singula per nos heredes ac successores nostros et officiales perpetuo et inuolabiliter obseruentur, presens scriptum conscribi fecimus et sigilli nostri firmari iussimus munimento. Datum et actum apud Babenberg, presentibus nobilibus viris Bartoldo de Hennenberck, Hermanno de Wolckou, Heyfone de Winnynge, cum aliis fide dignis, Pridie Kal. Junii anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, regni vero nostri anno nono.

*Gercken's Fragm. march. III, 47. 48 ex orig. und Buchholz a. a. D. V, 39 mit der Jahreszahl 1322. Das am letztern Orte angegebene Jahr 1322 ist aber unzweifelhaft falsch, da das neunte Regierungsjahr des Königs in das Jahr 1323 fällt. Statt Wolckow steht bei Gercken Wolckow, bei Buchholz Wolfow.*

**XXIX.** König Ludwig verleiht der Altstadt Brandenburg die Mühlen zwischen beiden Städten und das oberste Gericht auf dem See bei der Stadt, am 5. August 1323.

Ludovicus, Dei Gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, presentes literas inspecturis, seu auditoris, gratiam suam et omne bonum. Noverint univerſi, tam presentes, quam posteri, quod viris prudentibus, ac incolis in veteri Civitate Brandenburgk, civibus inhabitantibus ac postea inhabitaturis, fidelibus nostris dilectis, gratia nobis inspirante divina, hereditatem molendini, inter ambas civitates, videlicet civitatem veterem et novam Brandenburgk in aggeri siti, rationabiliter contulimus, presentibus et donamus iusto et vero proprietatis titulo eternaliter possidendam. Insuper adjicimus, quod iisdem civibus nostris prenotatis, eorum inopie succurrendo, In hac parte manum nostram porreximus adjutricem, videlicet quod stagni terminos, civitatis nostre prefate attingentis, a Nicolao dicto de Bohonen famulo honesto et ejus patris, diu possessi, contulimus iudicium summum, quod vulgariter Oberste gerichte nuncupatur, conferimus, presentiumque tenore in eum possidendum, tali sub forma, ut civitates nostri sepius tacti, ab aliquo nostrorum officialium, aut dapifero aut advocato, aut qualicumque nomine censetur, in predictis nullatenus valeant impediri. Ut autem hec nostra donatio rata permaneat, et perpetuo tempore inconcussa, presentem paginam, super eo confectam predictis nostris civibus conscribi iussimus, sigilli nostri appensione roboratam. Datum et Actum Arensteten, presentibus nobilibus viris, Bertoldo de Hennenbergk, Conrado de Wernigerode, Heinricho de Suartzburgk Comitibus et Conrado de Sluzzelbergk ac prudentibus viris Thylone de Apenburch, Heyfone de Wynnige, civibus consulariis Magdeburg. civitatis et quam pluribus aliis fide dignis, Nonis Augusti, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo Tertio, Regni vero nostri anno nono.

*Vom Herrn Director von Ledebur aus den collect. genealog. Königlich. T. XIV. Genealogie der von Bröfinge mitgetheilt, und übereinstimmend mit dem Abdrucke in Gercken's Fragm. III, 48 — 50.*

**XXX.** Markgraf Ludwig verspricht der Altstadt Brandenburg ihr alle vom Könige Ludwig verliehenen Privilegien zu bestätigen, am 29. Jan. 1324.

Lodovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie, Sacri Imperii Archicamerarius fidelibus suis et dilectis Consulibus in antiqua Brande-